ad columnas & ad mare & ad bases & ad reliqua uasa quae remanserant in
hierusalem; quasi non legamus & ueremiam matutino increpuisse dñm & ad ma
re locutum. tace & commutesce; quodq: ait. occurrat mihi siue dño exercituu͂.
illud ostendit uerum prophetam posse dño precibus resistere. secundu͂ quod
& moses fecit in percussione contra dñm. ut auerteret iram furoris eius;
samuhel quoq: idem fecit. & dñs ad mosen; dimitte me ait. percutiam
populum istum; quando autem dicit. dimitte me. ostendit se precib: scoru͂
posse retineri; occurrant inquit prophetae & quaecu͂q: predicunt opere
completa demonstrent. & tunc ueritate uaticinium conprobabitur;
colu͂nas autem & mare & bases & reliqua uasoru͂ in malachim & in extremo
huius prophetae uolumine legimus. & enumerentur quae uasa transla
ta sint in babylone quando captus est sedechias & incensa ciuitas. templu͂q:
CXV. subuersum; & factu͂ est in anno illo. in principio regni sedechiae regis iuda
in anno quarto. in mense quinto; dixit ad me ananias filius azur prophe
ta de gabaon in domo dñi coram sacerdotibus & omni populo dicens; haec
dicit dñs exercituum ds isrł; contriui iugu͂ regis babylonis adhuc duo
anni dieru͂ & ego referri faciam ad locu͂ istum omnia uasa dñi; quos he
braicum prophetas interpretati sunt ut manifestiorem facerent intel
legentiam; denique & in praesenti loco propheta dicitur. hoc est NEBIA
& non pseudopropheta; fit autem sermo dñi sub rege sedechia in quarto
anno regni eius. & in mense quinto. nec du͂ propheta hiezechiel uatici
nante in babylone ad eos qui cum iechonia fuerant transmigrati; hab&q:
fiduciam in templo dñi loqui contra prophetam qui prospera populo
pollicetur. & libenter audiuntur mendacia praesertim quae laeta

hł. hoc est. nebeim; lxx pseudoprophetas.

© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0278